

TRACTATUS  
 DE FEVDIS  
 TRIVM PRÆCLA-  
 RISS. IVRISCONSVL.  
 torum Germanorum,

ILLVSTR. FRIDERICI SCHENCK, LIBERTI  
 Baron. à Tautenberg, quondam Præsidis Cam.  
 Imperialis.

D. ~~FRIDERICI SCHENCK~~

D. ~~FRIDERICI SCHENCK~~

*No estan aqui  
 estos dos feudos*

QVI

Principes & Coryphæi in hoc gene-  
 re existimantur.

QUIBUS VNIVERSA FEVDALIVM QVAESTIO-  
 num materia, præsertim quæ ad quotidianam praxin & usum  
 Germaniæ potissimum pertinent, luculenter, uernosè,  
 pulcherrimèq; ordine traditur &  
 explicatur.

Adiecta sunt Summaria, Indicesq; copiosi.



Coll. Soc. I. B. S. V. Salm. ex dono R. G. um.

*Cap. 25. num. 3.*

COLONIAE AGRIPPINAE,  
 Apud Joannem Gymnicum, sub Monocerote.  
 ANNO M. DC.




MERITIS, HONORI DIGNITATIQUE ENTHEI  
DOCTISSIMIQUE IVRECONSULTI ISTIVS  
AETV SIMONIS TOELEMANNI IN SYNDICO-  
RVM ENNEADA (VVLGVS ADVOCATOS  
QVAM VOCAT) AVGVSTA IN VRBE NOMI-  
NE AVGVSTA ATQVE RE NVPER COOPTATI  
IOANNES GYMNICVS COLONIENSIS TYPO-  
GRAPHVS ACADEMIAE ISTVD TRIVMVIRO-  
RVM OPVS CELEBRIVM DE IVRE FEVDORVM  
IN MEMORIAM PERPETEM PATERNAE  
AMICITIAE OBSEQUIQVE  
DEDICAT.

IOANNES GYMNICVS  
LECTORI BENEVOLO

S. D.

**P**OSTQVAM Exemplaria utilissimorū  
Tractatum de Feudis, trium præclaris-  
simorū in Germania Iurisperitorū,  
à patre meo, piæ memoriæ, IOANNE  
GYMNICO antehac impressa, ex Iuris  
studiosorum manibus elaborerentur, &  
quotidie propter summam eorundem penuriam à mul-  
tis appeterentur, intermittere non potui, quin iuris stu-  
diosis subuenirem, & omnibus vndique qui eos deside-  
rant Autores, legendi copiam pararem, prælisque meis  
deuod, sed multò correctius & emendatius quàm ante-  
hac, in minori forma, varietate etiam characterum di-  
stinctos ad commodiorem lectorum vsum, subiicerem.  
Id quoque eo lubentiùs suscepi, quòd eorum omnium  
iudicio, qui apud nos facilè Principes Iurisprudentiæ  
habètur, tantum hisce Commentariis tribuatur, vt post  
hominum memoriam & ætatē, nihil ad explanationem  
iuris feudalis præclarius & illustrius, nihil magis poli-  
tum & perfectum à quopiam priuatim vel scriptum,  
vel cogitatum, nedum in lucem emissum, præsertim  
quod ad quotidianam Praxin & vsum Germaniæ potis-  
simùm pertinet, iudicetur. Auctorum vnus excelso &  
amplissimo loco natus, cum eximio splendore familiæ,  
& altissima dignitate, summam quoq; eruditionem, &  
nobilissimarum disciplinarum perfectā cognitionem  
ita coniunxit, vt haud sciam, an magis ex maiorum illu-  
stri progenie splendidus, quàm doctrina celebris fue-  
rit, ideoq; etiam in Camera Imperiali aliquot annorum  
spatio maxima cum laude & dignitate Præsidem egit:  
Reliqui verò duo, magnarum & diuinarum rerum sciē-  
tia ita præstantes & perfecti, tum etiam Iurisprudentia  
tam excellentes fuère, vt omnium Doctorem iudicio  
iuris coryphæi haberentur. De docendi via & metho-  
do



INDEX TITVLO-  
RVM LIBRI PRIMI HVIVS  
TRACTATVS DE FEVDIS FRI-  
DERICI SCHENCK, I. C.

- TIT. I. De ijs qui feudum dare possunt, & qui non.  
Et qualiter acquiratur, & retineatur.
- II. De feudo Guardia & Castaldia.
- III. Qui successores feudum dare teneantur.
- IV. Si de inuestitura controuersia fuerit.
- V. Quibus modis feudum amittatur.
- VI. Episcopum vel Abbatem, vel Abbatissam,  
vel Dominum plebis, Feudum dare non  
posse.
- VII. De natura feudi.
- VIII. De successione feudi.
- IX. Qui successores teneantur.
- X. De Contentione inter dominum & fidelem,  
de inuestitura feudi.
- XI. De pignori dato feudo, quid iuris sit.
- XII. De contentione inter me & dominum, de  
portione feudi fratris mei defuncti.
- XIII. De alienatione feudi.
- XIV. De feudo Marchia, vel Ducatus, vel Comi-  
tatus.
- XV. An maritus succedat vxori in beneficio.
- XVI. De feudis datis à minoribus valuasoribus,  
quid iuris sit.
- XVII. Quibus modis feudum amittatur.

TRACTATUS DE  
FEVDIS FRIDERICI SCHENCK  
EX LIBERIS BARONIBVS  
A' TAVTENBERG.

TITVLVS I.

Deijs, qui feudum dare possunt, & qui non.  
Et qualiter acquiratur, & re-  
tineatur.

**Q**VIA DE FEVDIS TRACTATVRI SVMVS,  
Videamus primùm, qui feudum dare possunt.  
Feudum autem dare possunt, Archiepiscopus, Episco-  
pus, Abbas, Abbatissa, Præpositus, si antiquitùs consue-  
tudo eorum fuerit, feudum dare.

SVMARIA.

- 1 Interpretatio præcedentis §.
- 2 Ecclesiastici feudum dare possunt, qui ex antiqua consuetudine eam potestatem habent.
- 3 Verbi antiquitus interpretatio.
- 4 Commemoratur Iacobi de Beluise & Aluaroti sententia, statuentium etiam noua consuetudine, facultatem infeudandi res Ecclesie acquiri posse.
- 5 Sequitur refutatio illius opinionis, primò ex verbis textus, c. 1. infra Episc. vel Abb.
- 6 Secundo ex ratione d. capituli.
- 7 Tertiò ex vitiosa illius consuetudinis origine & causa irrati-  
nabili.
- 8 Quarta argumentatio à maiore ad minus.
- 9 Responsio ad præcipuum Iacobi de Beluise & Aluarotti funda-  
mentum.
- 10 Remotio absurditatis, quæ ex authoris sententia sequi posse vi-  
debatur.